

latis quibuscumque investituras Ecclesiarum pluribus Concilii statuta fuerunt. Simulque decreverunt, nullam obtinere vim, quacunque in oppositum a Paschali Pontifice per vim fuerant extorta. Hæc memorant Otho Frisingensis, Petrus Diaconus, & alii.

4. Anno succedente 1116, Paschalis generalem in basilica Lateranensi coegit universo ex Orbe Christiano Synodum, in qua primum ipse semei accusavit pusillanimatis & neglecti offici, quando Henrico illicita & Ecclesia perniciosa concessit. Conciliumque rogavit, ut acta illicita rescinderet, suaque errata pro vide resarciret. Concilium laicas Ecclesiarum investituras sub anathemate dantiam & recipientium prohibuit: Henricum ipsum ejusque confiliarios & factores de communione fidem refecavit. Henricus anno 1117, cum exercitu Romani versus contendit, S. R. E. perduelles sibi arctius astringit, eorumque Coryphaeo Ptolomeo Comiti Tusciano filiam suam nuptu collocat, Paschalis ejus se farori subducit, Beneventum secendens. Henricus Romanum superbo apparatu ingreditur, & nefarium hominem Mauritium Burdinum Bracarensem Archiepiscopum ad solium provehit Apostolicum, a quo & coronam accepit, quam per vim a Paschali extorserat. Altera quoque expeditione Henricus Romanum profectus, summo tunc Pontifice Gelasio secundo fuga elapo, eundem Burdinum denro in Sedem Apostolicam protrusit, quo tempore Gelasius in Galliam, affligerunt Pontificis Romanorum asylum, se recepit. Parem ab Henrico infestationem sustinuit post Gelasium Callistus secundus ad annum usque Christi 1122, quo desiderissima pax post tam diutinas tempestatibus Orbi Christiano illuxit, interveniente generali Lateranensi Concilio ejusdem anni, a quo missi in Germaniam Legati, per quos Wormatia, conventus est habitus, in quo discussa sunt & utrimque approbata pacis conditiones. Legati vero Henricum & quoscunque alias schismatis reos, veniam petentes, in communionem Ecclesie nomine Callisti Papa restituerunt. Iisque Imperator Legatos proprios cum legatis Apostolicis Sedis Romam ad Callistum cum munieribus direxit.

5. Morte admirandi Godofredi anno millesimo centesimo Regnum Jerosolymitanum ad eius fratrem Baldwinum devolutum est. Et huic defuncti succedit ejus affinis Baldwinus secundus, anno 1118, qui biennio post insignem de Turcis victoriam est consecutus; sed idem paulo post per insidias ab hostibus captus est, eaque calamitate res Christianorum in locis depauperata, nisi auxilio adventasset Venetorum classis, quæ formidabilem Aegyptiorum classem, longe navibus superiorum, commissi pitalio depressi multis eorum triremibus fudit. Annoque sequenti opportuno Venetorum auxilio Tyrus, inexpugnabilis civitas, in Christianorum redacta est potestatem. Baldwinus ex captivitate redux anno 1131. Antiochiam ab irruentibus Infidelibus liberavit. Eudemque eodem anno vita functo sufficitus est in Regnum gener ipsius Fulco Turonensem comes; sed tandem inertia Christianorum Jerosolymam Saladinus Byblionia Rex, Goidoni Lusitano, ultimo ex Christianis Palestina Regi, cum plerisque aliis urbibus erexit anno 1187. Hæc prolixius ab Willielmo Tyrio recentur.

6. Henricus Imperator vivere desit anno 1125, nullo superflite filio: eique subrogatur Germanorum Episcopo, & optimatum comitis longe melior & commodior Principe, Lotharius Saxonia Dux, Deo ita providente; ut a familia & progenie Ecclesie pertinacissime infensa transiret Regnum ad gentem Saxoniam, quæ hacten a partibus Ecclesie adversus Henricos steterat. Initio variis modis exagitatus est Lotharius ab amulis Friderico & Contado, Henrici ultimi foro genitis: ideoque amibus ob contumaciam Honorius secundus, qui eodem quoque anno Pontificatum init, sacris interdixit. Eodem tamen Divus Bernardus Lothario primum, deinde Honorio reconciliavit.

7. Statim ab Honori exitu grave in Ecclesia exortum schisma est inter Innocentium secundum & Petrum Leonis, qui se Anacletum dixit pariter secundum: Sanior Cardinalium pars sollicite curabat, ut quam primum fieret electio, ne scilicet Roma Laici proceres tyrannice, ut consuetum ipsi erat, Pontificis electionem interturbarent, quod sapient factum ab ipsi fuerat, cœsi etiam & in vincula conjectis, neve praesenti, quæ facienda erat, electioni pro suo more obseruent. Julta vero ita eludendi & preveniendi tyrannos deliberatio occasionis schismati dedit, qui enim proxime moribundo Honorio astabant, non ignorantes novæ ambitioneque factionis molimina, illam sincero studio conati sunt antevertere. Statim igitur ab Honori nece, priusquam illa divulgaretur, Gregorium tituli Sancti Angeli Cardinalem elegerunt, & conclamaverunt. Ce-

teri vero, qui nec moniti, nec vocati fuerant, eodem ipso mortis die, prout ante statutum fuerat, ad Sanctum Marcum statim, ut recierunt Pontificis obitum, convenere, atque publico concursu Episcoporum & Cardinalium, aliorumque Romæ Clericorum, simulque Nobilium civitatis, ad Petrum Leonis tituli Sanctæ Mariae trans Tiberim consenserent, qui sibi Anacleti nomen ascerit. Utterque civis Romanus erat. Innocentius per Officium Episcopum ex more consecratus est in Basilica Lateranensi, Anacletus autem in Vaticana. Ille stirps ac natum nobilitate, & procerum gratia, & consensu inferiori annulo suo Anacleti, hic vero natum splendore, dicitur copia, nobilium favore ac plebis inclinatione longe superior; neutiquam tamen ad religionem, morumque integritatem, quibus Innocentius commendabatur, accedebat. Sed spes premiorum uberior, & consanguineorum factio, cui omnis fere nobilitas adhucerebat, & pecunia redempta plebis propoenit, multo plures ad Anacleti partes promovendas allegerat. Parte igitur, quæ pro Anacleto stabat, armata, totaque urbe furent, Innocentius cum suis Cardinalibus ad Frangipanum sibi amicorum amplissimas redes accessit, famulis & atmis omniq[ue] communite abunde munitas. Erat tunc Romæ familia illa præcipua nobilitate & divitiis florens & insignis. Anacletus porro ad pecuniam, quam ex patrimonio opulentis & negotiis Ecclesie diu gestis coacervatam habebat, simul aliam quoque nefaria comparavit. Siquidem occupata Apostoli Petri Vaticana Basilica, coronas, calices, & crucifixos aureos, & argenteum ciborum, quod primario altari pro laqueare superstat, argenteis pariter suffultum columnis expilavit, aliaque urbis tempora donariis pretiosissimis expoliavit, ex quibus conflatis ingentem pecuniam coaceravit. Itaque populus Romanus pravis illecebribus Anacleti corruptus Innocentium & eidem adiuctos Cardinales, partemque illius non solum probis & concivis incessere instituit, sed etiam armis & omni telorum genere in eorum vitam conspirare.

8. Quibus malis cum resistere se non posse Innocentius cerneret, sibi urbe cedendum existimavit, ac relitto in Laterano Sabinensi Episcopo Contrado, paratis occulte navigis, secundo Tiberi cum sociis Cardinalibus ad mare, atque inde duabus Pisaniis triremibus Pisas accessit. Exceptus est a Pisaniis tantis studiis, quantis verum excipi Pontificem decuit. Ibi proximorum Episcoporum conventu habitu Anacletum partemque ejus devotus, interim Legati ab eo in Franciam missi ad Ludovicum Regem id obtinuere, ut Stamps convocato Episcoporum Concilio, ad quod accusitus est Bernardus Clarevallenensis Abbas, utriusque Pontificis comitia sub examen revocarentur. Bernardo vero, cuius sanctitas & sapientia caelestis omnibus venerationi erat, Innocentii causam graviter ac copiose agente, haud ære & Rex & Episcopi Innocentii partes consecratae sunt, ac missis ad eundem nunciis ipsum in Franciam vocavere. Ita Pontifex rebus suis in Etruria constitutus, Pisam solvens in Franciam iter instituit. Ex itinere cum Gentianam attigisit, a civitate horrifice exceptus, inducas Genuenes inter & Pisanos usque ad suam reverensem compositum. Profectus inde Genua ad littus Provincie accessit, & per Decembrem mensem alterum Claromonte conventum habuit, atque iterum Anacletum ejusque fautorum damnavit.

9. Dum hac ab Innocentio geruntur, Anacletus, qui solus in Urbe remanserat, anathema adversus Innocentium ejusque sequaces intorquet, missisque in diversa loca Legatis & nunciis caussam suam apud exterros probare conatur. Anselmus Mediolanensis Archiepiscopus, ab Honorio communione fidelium resecatus, & suoque Mediolanenses Anacleti prorsus adduxit, & plerosque Longobardia Episcopos in eadem partes attraxit. Quintam Rogerius Sicilia Comes atque Apulia & Calabria Dux cum Roberto Principe Capuano suos populos ad Anacletum traduxit, sponsione accepta, Regi nominis sibi siue posteris ab Anacleto conferendi sub fide ac feudo Romane Ecclesie. Quam occasionem avide arripiuit Anacletus, atque inde factum, ut ipsius partibus provincie illa cum Antitribus & populis & ipso Cassinensi Monasterio se adjunxerint. Guilielmus insuper Aquitanus Dux & Pictavorum Comes suadente Engolismensi Episcopo Girardo, se suoque populos Anacleti caussæ adjunxit. Sed non multo post Diuina virtus Bernardo Clarevallenensi affixa, ejusque indefessa sollicitudo Principes eosdem eorumque Praefules & populos ad Innocentium partes mirifice traduxit. Innocentius Claromonte profectus Aurelianum accessit, ab Episcopis & Ludovicō Rege, ejus nomine sexto, ejusque filio, qui post eum regnavit, dictus junior, & nomine septimus, obviam progressis, exceptus & legitime cultus fuit. Inde a Gaufrido Carnensis Episcopo Carnutum adductus, Henricum An-

glorum Regem cum maximo Episcoporum Principiūque suorum comitatu obviā habuit. Eo vero invitis Episcopis suis Innocentium recipere formidante Bernardus, qui aderat: Quid hæsis, inquit, an ne Deo diplicias, & piarum contrahas? Cogita de aliis peccatis tuis, quid ei sis responsurus: istud vero fat, mibi relinqas, quod in me suscipio. Atque ita illum ad pedum oscula impulit. Reversus ex Germania Gerardus Cardinalis Legatus bonum Regis Germanorum Lothari erga Innocentium animum retulit, ac praefato eum ad Leodium fore nunciavit. Quo nuncio erectione factus, haud tamen in præfatis Leodium voluit adire, verum Franciam ante postulantibus ita populis perlungare. Itaque præsente Ludovico Rege Concilium Rhemis frequentissimum habuit, in quo Anacletum de integrō condemnavit, filiumque Regis patre postulante regia corona ornavit anno 1131. Eo die, qui erat Sabbati, (inquit vetus Mauriniacene Chronicum) Sol clarior solito effulgit. Auspicato enim celeberrimo Concilio, cui Pontifex Innocentius præsedit, eique Rex Ludovicus assedit, quo innumeris Episcopis ex omni Gallia confluxerat, & insigni celebitate præsente Rege & innumeris Proceribus, summus Pontifex filium Regis facio Rhemensi oleo inunxit, eique coronam imposuit; omnia fausta longinquis ex provinciis nunciata Pontifici sunt. Ipsi enim per Magdeburgensem Archiepiscopum præstante sunt litteræ a Lothario Germanie Rege, in quibus rursus ei obedientia promittit. Similiter alia ex parte Anglorum Regis per Hugoem Archiepiscopum Rothomagensem, plenum ei obsequium, fidem, & obedientiam renovantes. Reges quoque Hispanie citerioris, senior Ildefonsus, & Hispanie interioris Ildefonsus junior per Episcopos suarum Provinciarum se filios & obedientes denunciant, similique auxilium contra Christiani nominis inimicos regionum illarum invasores Saracenos suppliciter effragant, aliaque divisus ex partibus gratulatoria & obsequiosa litteræ atque legationes.

10. Sequenti anno, qui fuit 1132, Innocentius Leodium prodit, atque eodem Lotharius cum omnibus factis, profanisque regni sui Proceribus, & universi Germania nobilitate, Rex ad pedes Pontificis procubuit. Cum vero propositus est Innocentio de restituendo investitaram jure, quo Imperatores præcessores usi fuerant, Divus Bernardus, qui nunquam a Pontificis lateri discedebat, tanto animi vigore in oppositum peroravit, ut Lotharius eidem tamquam oraculo acqueveretur, & petitionem sine mora recovarit. Data itaque dextera pollicitus est se Innocentium Romam cum exercitu reducendum, itaque Anacleto exacto incolunum in Sede Apostolica collocaturum, ex qua sibi diadema Imperatorum de ipsius manu sumeret, quam rem Pontifex eidem spondit. Collatoque de tantis rebus gerendis consilio, Leodio digressus Innocentius, ac Bernardi Clarevallenensis Monasterio iustato, se in Italianam retrulit, ac Genuanum reversus ibi Lotharii adventum sibi expectandum esse constituit. Ut vero Genuesum & Pisaniorum erga se merita rependeret, utramque Ecclesiam Genuensem & Pisianam in Metropoles erexit, eisque suffraganeas attribuit eis quis partibus distributas, Episcopales Corsice Ecclesias. Primus Archiepiscopi Genuenis dignitate ornatus Syrus fuit, cum antea Genuenis Ecclesia Metropolitanus Mediolanensis subjaceret. Pacem deinde inter Genuenes & Pisanos compulit.

11. Postquam vita cessit Lotharius Augustus absque liberis, regni Germanici fides aliquandiu vacavit, donec anno 1139, habitu Confluentie Principium convenit, cui Theodinus Episcopus & Cardinalis Legatus Apostolicus interfuit, Conradus electus est, Henrici quarti Imperatoris sororius. Per hæc tempora Fulco Jerozymae Rex inter venandum equo excusus interiit, reliqua uxor & impuberes filii tanto gubernaculo inter hos Saracenos erant impares. Edestam Noradinus Saracenus expugnauerat. Denique res Christianæ in Oriente ad extremum dicerunt adducere Principum Occidentis open implorabant; Bernardus ille omni præconijs major scriptis litteris & viva voce Cruciatam expeditionem urgebat, approbatore Eugenio Pontifice. Regis Conradum Germanie, & Ludovicum septimum Gallie, ad Jerosolymam proficationem excivit. Conradus ducenti peditum ducenta, equitumque septuaginta milia post acceptam ab Imperatore Graecorum Manuele fidei, hujus tandem perfida & invidia ingentei exercitus partem morte amisi, & qui evaserunt, moribis debilitatis eduxit, præbito fraudulenter corrupto frumento & farina, gyro & calce permisita, que tamen enormi pretio vendebatur. Datis quoque fraudulentis doctibus, qui per devia & inaccessa ducentes milites fatigabant, dispositis per omnes itinerum asperctus prædonum infideli, qui fatigatos de sublimibus & arduis locis telis vulnerabant. Cumque Germanorum & Francorum copie admodum immunitate ad Palestinam appulissent, ob quorundam tum amulacionem, tum perfidiam, nullum opere pretium peregerunt; atque re infecta multis exhaustis calamitatibus Germani primum, & subinde Franci ad propria reversi sunt. Hac referruntur ab Ottone Episcopo Frisingensi, qui Conradum tota illa expeditione sequutus fuerat, a Willermo Tyrio, partim etiam a Graeco Historico Niceta Choniatis.

12. Anacletus tamen Romæ inharente, tyranneque Cabassu, Notitia Ecclesiastica.

in fautores Innocentii saviente, Rogetio quoque terras Ecclesiæ invadente, & quotquot Innocentium sequerantur, crudeliter infestante, Innocentius cogitur iterum Lotharii open & præsidium implorare, qui tandem alteram in Italiam expeditionem decrevit, exercitumque multo quam ante majorem atque omnibus rebus instrucentem paravit, secumque adduxit Henricum generum Bavaria Ducem, cui partem exercitus dedit ad comprimentum Rogerium Roberti Guiscardii filium, a quo superius vidimus Boemundum majorem natum fratrem supplantatum, quippe ab Anacleto Regis titulum & insignia obtinuerat. Hunc Henricus bello persequens omnibus fere oppidis spoliavit Campania, Apulia, Calabria, reliquaque ditionibus, ita ut vietus & extorris vix illo loco tuto confidere posset. Alteram exercitus partem sibi assumens Lotharius, Longobardos perduelles & tumultuantes ad officium pacem rediit. Terras deinde Romæ Ecclesiæ omni præsidio munitas, quæ Anacletus obtemperabant, Ravennam, Flaminiam, Picenam, Umbriam, Anconam, Spoletum. His confessis in Apuliam ingressus Barium urbem invasit, & ad ditionem adegit. Verumtamen regreffe in Germaniam Lothario, Rogetius semper in foventis partibus Anacleti pervicax & obstinatus, quacumque amiserat, brevi recuperavit, præterea Capua principatum occupavit, mortuo ejus principe Rainulfo. Quia invasione irritatus Pontifex Innocentius copias aduersus Rogerium a se devoutum & excommunicatum eduxit. Sed incutus & specie traxanda pacis elusa in manus cœdit Guillermo filii Rogerii anno 1139, qui captum ad patrem adduxit. Jam fuerat post circiter octo annos. rum schismatis decursum mortuus Anacletus. Ipse vero Innocentius apud hostes captivus dira & indigna sibi metuebat, sed longe fecit res tota successit. Rogerius enim perquam horrofice illum habuit, omniq[ue] cultis profectus est, & pacem ab eo supplex rogavit, missis ad Pontificem oratibus, que ita conclusa est, ut Rogerius ejusque successores beneficiario ab Ecclesia jure & sub Regis titulo ditionem Neapolitanam omnem, simulque Apuliam & Calabriam, ipsiusque Capua principatum possiderent, cum certi anni tributi Ecclesiæ Romæ solvente indicione. Rogerius ejusque filius pedibus Innocentii procumbunt, perpetuamque fidem & clientelam Petro Apostolo & Innocentio ejusque successoribus jurejurando super Sacrae Scripturae Evangelii præstato pollicantur. Innocentius indicem novæ investiturae vexillum in manum utriusque porrigit. Atque ita Principes illi Gallicani pulcherrimas provincias, innumeris laboribus & stupenda fortitudine a se subiectas, & de manibus Saracenorū & schismaticorum Graecorum eretas & vindicatas, in feudum Sanctæ Ecclesiæ & nobilissimam faci patrimonii Apostolicæ partem erexerunt.

13. Postquam vita cessit Lotharius Augustus absque liberis, regni Germanici fides aliquandiu vacavit, donec anno 1139, habitu Confluentie Principium convenit, cui Theodinus Episcopus & Cardinalis Legatus Apostolicus interfuit, Conradus electus est, Henrici quarti Imperatoris sororius. Per hæc tempora Fulco Jerozymae Rex inter venandum equo excusus interiit, reliqua uxor & impuberes filii tanto gubernaculo inter hos Saracenos erant impares. Edestam Noradinus Saracenus expugnauerat. Denique res Christianæ in Oriente ad extremum dicerunt adducere Principum Occidentis open implorabant; Bernardus ille omni præconijs major scriptis litteris & viva voce Cruciatam expeditionemurgebat, approbatore Eugenio Pontifice. Regis Conradum Germanie, & Ludovicum septimum Gallie, ad Jerosolymam proficationem excivit. Conradus ducenti peditum ducenta, equitumque septuaginta milia post acceptam ab Imperatore Graecorum Manuele fidei, hujus tandem perfida & invidia ingentei exercitus partem morte amisi, & qui evaserunt, moribis debilitatis eduxit, præbito fraudulenter corrupto frumento & farina, gyro & calce permisita, que tamen enormi pretio vendebatur. Datis quoque fraudulentis doctibus, qui per devia & inaccessa ducentes milites fatigabant, dispositis per omnes itinerum asperctus prædonum infideli, qui fatigatos de sublimibus & arduis locis telis vulnerabant. Cumque Germanorum & Francorum copie admodum immunitate ad Palestinam appulissent, ob quorundam tum amulacionem, tum perfidiam, nullum opere pretium peregerunt; atque re infecta multis exhaustis calamitatibus Germani primum, & subinde Franci ad propria reversi sunt. Hac referruntur ab Ottone Episcopo Frisingensi, qui Conradum tota illa expeditione sequutus fuerat, a Willermo Tyrio, partim etiam a Graeco Historico Niceta Choniatis.

14. Mirum est, quantos suscitaverit in urbe Roma tumultus Arnaldus Brixianus Petri Abaliardi discipulus, Romanis persuadens, ut se in pristinam Republicam transit.